Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ruit os suū dicens. Ego sculptilibus & lapidibus num
quā consentio. sed habeo dm̄ cui deseruit anima mea.
Tunc uidens hilas sic eū psistentē in fide. exclamauit
uoce magna. rogans amicos suos dicens. Plangite me
cum. quia uideo unicū filiū meū perire. Sanctus uitus
dixit. Ego non pereo. si possum congregationē iustoꝝ
introire. Valerianus dixit. Nisi quia nobili genere na
tus es. & amicitia patris tui me retinæ. iussissem te
fustib' cedi. Adquiesce ḡ & sacrifica diis. Scs uitus dix.
Semel tibi dixi p̄ses. xp̄m adoro filiū dī. Iratus aut̄
ualerianus. iussit infantem catomis cedi. Qui aut̄ ma
num miserunt ad infantem. statim brachia eorū are
facta s̄. Clamabat p̄ses. manū pdidi. torqueor dolo
re. Tunc uocauit hylam patrem ei' dicens ei. Tu filiū
tuū n̄ habes. quia uideo magū ee. Sanctus uitus dix.
Magica mea xp̄c ē. qui me docæ omni die mandata
sua. cui' opere repletus sum. qui mortuos suscitauit.
& pedibus suis sup mare ambulauit. qui impauit
uentis & cessauerunt auiolentia sua. ego ipsius ser
uus sum. Si aut̄ possunt dii tui. faciant manū tuā
sanam. Valerianus dixit. Tu aut̄ fac. Sanctus uitus
dixit. In nomine ihū xp̄i facio. Et statim manū suā
homini reddidit sanam. Tunc p̄fectus consignauit
eū patri suo dicens. Hade emenda filiū tuū ut quies
cat & sacrificet diis & n̄ pereat. Tunc pater introdu
cens intra domū filiū suū. multis delitiis & mol
libus uerbis suadebat. in cymbalis & cytharis. ut cō
placaræ eū. & ornatas ancillas suas saltare ante eū
fecit. Ille aut̄ oculis celum aspiciebat dicens. Cor

VII.

s̄ ꝯ manus p̄
sidis are facta e.

VIII.